Σ Ιρυμων. Ποταμ. 168 π.Χ. 444α

Amphipolim quam jam fama pugnae pervenisset concursusque matronarum in templum Dianae quam Tauropolon vocant, ad opem exposcendam fieret; Diodorus, qui praeerat urbi, metuens, ne Thraces, quorum duo millia in praesidio erant, urbem in tumultu diriperent, ab subornato ab se per fallaciam in tabellarii speciem litteras in foro medio accepit. Scriptum in iis erat «Ad Emathiam classem Romanam appulsam esse, agrosque circa vexari; orare perfectum Emathiae, ut praesidium adversus populatores mittat.» His lectis, hortatur Thraces «ut ad tuendam ~~praedamque~~ Emathiae oram proficiscantur: magnam eos caedem praedamque, palatis passim per agros Romanis, facturos.» Simul elevat famam adversae pugnae: «quae si vera foret, alium super alium recentes ex fuga venturos fuisse.» Per hanc causam Thracibus ablegatis, simul transgressos eas Strymonem vidit, portas clausit.

T. Λίβιος
Βιβλ. XLIV
Κεφ. 44

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

352

4446

Γαληψός. Στρυμών. Ρωμαίοι. 168 π.Χ. Θράκης.

T. Livius Lib. XLIV Kep. [illegible]

Rex inde domum se recepit, pecuniaque et vasa argentoque in lembos, qui in Strymone stabant, delatis, et ipse ad flumen descendit. Thraces navibus se committere non ausi domos dilapsi, et aliud militaris generis turba; Cretenses spem pecuniae secuti; et quoniam in dividendo plus offensionum quam gratiae erat, quinquaginta talenta iis posita sunt in ripa diripienda. Ad haec diripienda cum per tumultum naves conscenderant, lembum unum in ostio amnis multitudine gravatum merserunt. Galepsum eo die, Samothracam, quam petebant, perveniunt. Ad duo millia talentum pervecta eo dicuntur.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ